

## **Dispvtationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Sect. 2. Soluuntur aliquot difficultates circa immutabilitatem Dei.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

natura ab omni passionis & permutationis affectu: in illo semper beatitudinis apice immobilitas & inconcussa perdurans. Quod vero dicitur Sapientia.

7. Omnes mobilibus mobilior est sapientia: aeternum, non passum intelligendum est: quod sci-  
licet omnia moueat & mutet, ipsa immota  
& immutata permanens.

10.

Cetera  
præter Deum  
sunt muta-  
bilis.

Iam vero quod cetera præter Deum absolu-  
tus & simpliciter immutabilia sunt, atque ita  
solus Deus ab solute immutabilitate, ut in se-  
cunda parte responsi disimus, patet ex con-  
tingentia & imperfectione creaturae cuiuslibet.  
Cum enim quis creatura sit contin-  
gens quoad esse, & a Dei libertate pendeat  
ut sit vel non sit: si est, potest absolute non  
esse: & si non est, potest esse, atque ita mu-  
tari substantialiter quoad esse primarium, la-  
tè sumendo mutationem, ut huc facimus,  
etiam pro transitu rei totius a non esse for-  
malis vel virtuali, ad esse: vel contraria esse,  
ad non esse. Neque potest creatura vila ab  
haec alterum mutabilitatem absoluti. Fieri enim  
nequit ut a Dei libertate non pendeat, neque  
mutabilitate necessitate existat. Potest tamen  
aliquid ex hypothesi immutabile fieri, etiam  
aliquatenus ab intrinseco. Ut v. g. si ab aeterno  
fuisse actus supernaturalis fidei de seipso  
enuncians, Ego manuam mutabor. Illi enim  
repugnat ab intrinseco mutari, quia repu-  
gnat ab intrinseco subesse falsum actu fidei  
supernaturali. Neque mutari posset per di-  
uinam potentiam prout ordinatur a sapien-  
tia. Quia sicut non potest Deus specialiter co-  
currere ad actum malum seu peccatum  
suum, ita neque ad actum falsum & erroneum:  
neque enim magis potest esse auctor erroris,  
quam peccati. Itaque non potest efficere ut  
falsus sit actus, cuius ipse est auctor & causa  
specialis. Actus autem supernaturalis, qua-  
leum istud esse supponimus, non potest fieri  
sine Dei concursu speciali, & auxilio gratiarum  
præuenientiarum & cooperatarum. Ergo &c. Absolutè  
tamen mutabilitas est, quia liberè producitur  
esse, non produci potuerit, & ita est, ut  
potest non esse. In unde sensum interpretatur  
D. August. lib. 1. de Trin. cap. 1. illud 1. ad  
Timoth. cap. 6. Qui solus habet immortalitatem:  
ubi sit immortalitatem aliquo modo habere  
creaturam, cum & anima quodammodo im-  
mortalis esse dicatur, & sit: & nihilominus  
Apostolum dicere, Solus habet immortalitatem,  
quia vera immortalitas est quam nulla potest  
habere creatura, quoniam solus est creator.  
Et lib. 3. contra Maximin. cap. 12. Solus  
Deus habet immortalitatem, ex nomine quam  
gratia, sed natura sua, nec potuit, nec potest ali-  
quando conuersione mutari: nec potuit, nec poterit ali-  
quando mutatione peccare.

## SECTIO II.

Solvuntur aliquot difficultates circa immutabi-  
litatem Dei.

Contra secundum genus mutabilitatis,  
quod a Deo reiecit, grauius occurrit

difficultas ex mysterio Incarnationis, in quo  
Verbum diuinum fuit unum physicum huma-  
nitati, ex eaque unione Deus homo denomi-  
natur per intrinsecam denominationem,  
quippe desumptam à forma physice sibi uni-  
ta, & facta sibi intrinseca per unionem. Ex  
quo sequitur Deum se habere intrinsecè ali-  
ter quam antea, adeoque mutari; sicut muta-  
tur paries cum ex non alio sit albus, per  
aduentum alkædinis sibi physicè vnius. Sed  
hæc difficultas grauior est, quam ut breuiter  
& obiter hic expediri possit: quare in pro-  
prium locum ad tractatum de Incarnatione  
reiecienda est, ubi, Deo iuvante, pro merito  
examens habitur disp. 1. sect. 3. & 4.

Secundum, contra quartum genus mutabi-  
litatis a Deo reiecit, obiectum, actus con-  
tingentes & liberos intellectus & voluntatis  
diuinae potuisse non esse in Deo. Ergo Deus  
est mutabilis secundum illos: quia secundum  
illos potuit aliter se habere, quam nunc se  
habet. Nec obest quod ab aeterno illos ha-  
buerit, & in aeternum habitus sit. Nam  
quemadmodum Deus esset mutabilis secun-  
dum esse primarium & substantiale, si po-  
tuisset non esse, & transiuisset de non esse  
virtuali ad esse: quamvis re ipsa semper fuisset,  
& nunquam transiisset de non esse formaliter  
actu actuali, ad esse; quia quod est ab aeterno,  
nunquam non fuit actu, tametsi virtualiter  
non fuerit, id est, potuerit non esse: Sic illi  
actus, quamvis aeterni, sunt mutabiles, qua-  
tenus potuerunt non esse: & Deus in ordine  
ad illos est mutabilis, quia secundum illos  
potuit aliter se habere intrinsecè, & eos non  
habet, aut habere oppositos.

Respondent aliqui, huiusmodi actus esse  
tantum denominaciones extrinsecas, petitas  
ab obiectis in qua tendunt contingentia aut  
liberè: ideoque Deum per illos non mutari:  
quia mutatio debet fieri per aliquid intrinsecum.  
Sed hoc refutatio est plane improba-  
bilis. Nam illi actus sunt actus vitales, & vi-  
tales tendentia principij viventis in obiec-  
tum. Actus autem vitaes sunt immanentes  
& intrinseci: ergo non sunt extrinsecas tan-  
tum denominaciones ab obiectis. Secundum,  
impossibile est veram & realem denomina-  
tionem esse priorem formam denotantem in  
qua fundatur: sed potius formam prior ne-  
cessariam, velut causa & fundamentum deno-  
minationis. At volitus Dei efficax est prior  
existentiæ obiecti quod efficaciter efficit:  
ergo non est denominatio extrinsecè summa  
à suo obiecto. Probatur minor, quia  
Dei volitus efficax, v. g. de mundo creando,  
est causa: cur mundus sit, aut surpus fuerit:  
Ideo enim mundus est, quia Deus voluit ef-  
ficaciter illum producere: non contra, ideo  
Deus voluit efficaciter mundum producere,  
quia mundus est.

Alij dicunt huiusmodi actus addere tantum  
actum necessarium habitudinem quandam ratio-  
nis ad obiectum contingentem cognitum, aut  
positum: adeoque non induceret realē muta-  
tionem in Deum. Verum si per habitudinem

rationis, intelligunt figuratum rationis: falluntur manifeste. Deus enim verē à parte rei, & nullo intellectu singente, cognoscit & vult contingenter & liberē. Sin autem solum intelligenti, nihil addere distinctum in re actu necessario, sed eundem actum à parte rei, qui tendit necessariō in aliqua obiecta, tendere contingenter in alia: verum quidem dicunt, sed non planè solvant difficultatem, quomodo scilicet Deus non sit mutabilis secundū illum modum se habendi ad obiecta contingentia, id est, secundū cognitionem, & voluntionem liberam, cū potuerit alio modo intrinseco se habere quam se haber. Quemadmodum reipla mutatur, si nunc de nouis haberet nouas cognitiones & voluntiones, vt ex Scriptura & Patribus, ac ratione probauimus supra, num. 6. & sequentibus.

15. Addendum ergo est, ideo Deum non esse mutabilem, licet habeat ab aeterno cognitiones aliquas & voluntiones contingentes: quia illas habet per simplicem, & indistinctam à parte rei, tendentiam cognitionis & voluntonis essentialis ac necessaria, quæ ratione sua infinita & excellentissima perfectionis sufficiens est, vt sine accessu ullius entitatis, aut entitatē distinet, extendatur contingenter & liberē ad obiecta contingentia, modo planè diuino, excellenti, perfecto, invariabili, & in pace successionis, ignorantia, incertitudo, aut cuiusvis alterius imperfectionis. Cuius si capax esse intelligentia & voluntas divina, esset finita limitata; adeoque creata, & insufficiens ut per seipsum, sine aduentu & productione actus distincti, attingeret sua obiecta, vt diximus num. 8. Quod & commodum non sequitur ex modo excellestissimo cognoscendi & volendi obiecta contingentia, quem nos Deo tribuimus, & de quo plura suo loco dicemus.

16. Tertiō, contra idem genus immutabilitatis obiectus, Deum cognoscere nunc Incarnationem esse præteritam: tempore vero Mōsis, & Abrahā, cognoscebat non esse præteritam, sed futuram. Item Deus amat Petrum, quando est in statu gratiae, & odit illum, quoniam est in statu peccati mortalis. Ergo est tunc alio & variatio temporanea inter actus cognitionis & voluntatis diuinæ contingentes & liberos. Confirmatur, op̄ia alioquin Deus eundem simul anaret & odit in perpetuum. Et hunc odit, Beatos qui aliquando mortaliter peccarunt; ac vice versa eximiū nunc emittit plurimos damnatos, & Dæmones ipsos, qui aliquando habuerunt gradum excellentem gratiae.

17. Respondeo, quando dicitur Deum iam amare quod antea odiat, vel contraria: aut nosse iam præteritum, quod norat antea futurum: locutionem esse ambiguum. Vel opinio particularis, iam, & modo, referuntur ad actus diuinos, vt significant iam esse actus odij vel amoris, & aliea non sūisse: atque ita falsa locutio est. Vel significant tantum variam

actus habitudinem, & determinationem ad obiectum, aut variam eiusdem habitudinis denominationem pro diuersa temporis difference, quæ habitudo tota fuit ab aeterno, sed variè obiectum respiciens, aut diuersam denominationem accipiens, prout ipsum in hac & illa differentia temporis variata est. vt sensus fit, Deum ab aeterno & in aeternum amare Petrum v. g. pro illo tempore quo iustus est, & ad effectus amoris eam destinare, aut illos erga ipsum pro tunc exercere; & eundem odisse pro illo tempore quo est peccator, effectusque odij sui erga illum ut tallem edere: & hic sensus verus est, sed nobis nihil obest. Tota enim mutatio in creaturā est, non in Deo, qui ab aeterno omnia voluit, & intellexit, unico actu simplicissimo & invariato, & semper cognovit atque cognoscit Incarnationem vestrā futuram, pro eo tempore cuius compilatione verē futura fuit: & vt praesentem, respectu temporis illius quo praesens fuit: atque vt præteritam, respectu temporis quo præterita est. Similiter vult nunc Deus, & semper voluit, atque voler. Incarnationem ut futuram & ut exequandam non respectu nostri temporis quo iam præterita est; sed respectu alterius eam antecedentis. Neque aliter eam unquam voluit, aut vult, aut voler. Incepit. Quale in Dei voluntate nulla est variatio.

18. Ad confirmationem Respondeo, amorem & odium diuinum pro diuersitate motiuorum varijs temporibus existentium, non esse actus contrarios, ita ut simul esse non possint in illa mente capacissima, & excellenter infinite. Neque propterea sequitur quod nunc Deus odit Beatos ut Beatos vel amet damnatos ut damnatos, & vt malos: sed tantum quod odium, qd Deus ab aeterno odit eos qui aliquando fuerunt peccatores, pro eo statu quo erant peccatores, & in quantum peccatores; p̄seuereret huc usque & in aeternum; licet iam illi mutati sint ad peccatores in sanctos & Beatos, amenturq; Deo viriles, amo, pariter aeterno, sed ad illos terminato ut iustos & aeternales, ac pro ea temporis differentia quā sunt tales. Idemque dico vice versa de damnatis qui aliquando fuerunt in statu gratiae.

19. Objecit quartō, non posse stare libertatem diuinæ voluntatis cum immutabilitate eiusdem voluntatis circa actus liberos: id est, non potest Deus esse aut sūsse liber ad voluntum, si propter immutabilitatem sua voluntatis non potest disponere, aut mutare, actum quem semel habuerit: & semper habuerit omnem actum voluntatis quem nunc habet, non modo quoad entitatem, sed etiam quoad librum tendentiam ad obiectum, quæ patiter ab aeterno est, & quam non potest mutare, aut depolare. Hoc enim supposito, nunquam sūt potens ad illum actum habendum vel non habendum, non modo quoad substantiam actus, sed etiam quoad tendentiam in obiectum contingens. Vel enim tū potens tota aeternitate: vel aliquæ eius partis.

Deus inua-  
riabiliter  
egregie  
& nō ob-  
iecta muta-  
bilis.

tut instanti. Non primum: quia non sicut potens hic & illa parte aeternitatis, & alijs omnibus collectiu[m] sumptis: alioqui in hac & illa parte & certis collectiu[m] sumptis, potuit, & potest, & poterit, non habere talem actum: quod est falsum. Quia nunc v.g. non potest non habere: nec anno ante, nec sc[ri]p[ti]culo, nec villa glia parte vel instanti aeternitatis. Nullum enim est instans, aut pars vlla aeternitatis, ante quam non sit aliud alioqui daretur primum in aeternitate) & consequenter ante quam non fuerit ille actus a quo voluntas divina cessare non potest: adeoque iam non potest illum mutare vel deponere. Et hoc argumentum quem probat secundum membrum distinctionis supra facta non posse asserti: quia nullum est instans aeternitatis in quo non praeteriter actus liber, ac libera Dei determinatio ad obiectum contingenter & libere volitum: aut datur primum instantis durationis in aeternitate; quod non minus est impossibile, quam dari ultimum. Posito autem quod actus sit; non potest amplius non esse: ergo nullum est instans quo potuerit non esse. Ergo nullum est instans in quo non fuerit necessarius. Ergo nunquam sicut liber.

Item si Deus sicut liber & indifferens; illa indifferencia sicut aliquando; Nam quicquid est, aliquando est, & de illo est veru aliquando dicere, nunc est. At nunquam sicut indifferencia diuinæ voluntatis circa huiusmodi actum. Quia vel sicut in primo instanti aeternitatis, ante quod scilicet non fuerit aliud: vel sicut in aliquo alio instanti aeternitatis, ante quod fuerit aliud. Non primum: quia nullum est instans in aeternitate ante quod non sit aliud. Non etiam secundum: quia in quoque instanti habens aliud ante se, praecessit determinatio ad talem actionem cum immutabilitate Dei, propter quam non potest illum non habere, & non est liber ad illum nunc exercendum, vel non exercendum: neque illum deponendum, aut mutandum inter alium.

Ad primum Respondeo, Deum sicut potenter, ad habendum actum illum vel non habendum, seu potius ad tendendum vel non tendendum in obiectum contingenter, antecedenter ratione prius in tota aeternitate collectiu[m] sumpta: prius, inquit, non in quo, (quasi in aliquo instanti durationis fuerit Deus, & non fuerit illa tendentia) sed prius tantum prioritate a quo: quatenus licet illa tendentia ex exteriori semper diffinire voluntati: voluntas tamen diuina non sicut desiderio, & absolu[m] sumpta, necessaria illi tendentiae: Sed illam habuit, quia voluit habere, & a quo potuit non habere si voluisse, vel habere oppositam: quia neutra illi necessaria est: & neutrali per se conuenit absoluta necessitate: Sed ex libera electione adhanc aut illam se determinauit, vt voluit. Et quia ex suppositione quod se determinauerit, non sit amplius libera ad actum illum non habendum, nullumque instans sit assignabile,

in quo determinata non iam ante praextiterit: hinc tamen non sequitur, actum sicut aut esse necessarium absolutè; sed tantum ex hypothesi determinationis liberè posita ab ipsa voluntate, qua hanc determinationem seu tendentiam pra alia elegit. Porro haec suppositio antecedens quocunque instans aeternitatis distributiū sumptum, ex qua sequitur impotens ad oppositum praecedens determinationis, propter immutabilitatem diuinæ voluntatis: haec, inquit, suppositio non potest fieri pro tota aeternitate collectiu[m] sumpta: quia illa determinatio non praecessit totam aeternitatem. Alioquin ante totam aeternitatem fuisset instans, aut tempus aliquod. Estque omnino evidens Deum non tota aeternitate collectiu[m] sumptu[m] a parte antea, ita se habuisse, ac nunc se habet, aut in quolibet eius instanti, vel parte virtuali. Nam in quolibet instanti ita se habet, vt fuerit antea determinatus, & habuerit actum, quem idcirco non potest non habere ex hac suppositione. At non habuit actum, neque fuit determinatus, ante totam aeternitatem: alioquin esset aliquod instans, aut tempus, ante totam aeternitatem.

In collectiu[m] autem quicquid conuenit toti collectioni, non conuenit partibus seorsim sumpta, ac ne quidem vlli interdum. Ut nulla pars virtualis extentionis diuinæ est immensa. Nulla pars durationis eius est aeterna.

Nullus apostolus est duodecim apostoli. Falluntur vero qui putant necessariu[m] esse, causam liberam praecedere duratione suum effectum:

& non posse operari cum primu[m] est: aut ab aeterno, si ab aeterno est. Etenim cause liberae non plus requirunt ad operandum, quam causa necessaria.

A causa necessaria possumus operari cum primu[m] sunt, & operantur si habent omnia ad operandum necessaria. Vt sol, primo instanti quo fuit, illuminavit. Ergo causa libera possunt operari cum priu[n]tia sunt, modis habent omnia necessaria, nempe sufficientem cognitionem exhibet libere appetibilis. Ergo potest actus aut effe-

ctus liber esse coeversa causa libera. Ac sic ut causa libera, qua cœpisse est in tempore, potuit libere se determinare, cum primu[m] fuit, seruat a solu[m] natura prioritate seu dependentia inter ipsam & actum. Vt effectum liberum (quo pacto Angelii & primi parentum esse) fuisse libere operari in primo instanti sua creationis) ita Deus ab aeterno libere voluit, neque prius sicut quā voluit, sed fuit solu[m] ordo rationis inter voluntatem & volitionem liberae, vt talem, quatenus voluntas non illam habuit ex necessitate, sed quia voluit pro libete, & elegit tali modo tendere in obiectum, potuitque absolute non tendere, aut opposito modo tendere.

Ad secundum Respondeo, illam indifferentiā fuisse in aeternitate collectiu[m] sumptu[m]: quatenus voluntas diuina absolu[m] sumpta non habuit ex necessitate hanc determinationem: & nulla praecessit hypothesis, quā posita, non potuerit non habere talem deter-

21.  
Quomodo  
Deus ab  
aeterno se  
de  
termi  
nare?

Quicquid  
conuenit  
toti colle  
ctioni, non  
conuenit  
partibus  
seorsim  
sumptu[m]

Causa li  
bera potest  
operari cum  
primu[m]  
est,

minationem; sed illam habuit ab æterno quia voluit, ita ut hypothesis ab electione voluntatis peperderit. Quicquid autem est, aliquando est, & de illo verum est aliquando dicere quod sit, sumendo hanc particulam, aliquando, vel pro aliquo instanti, aut aliquo tempore distributiuè, vel pro tota æternitate collectiuè, quo pæcto dicimus voluntatem diuinam fuisse indifferentem ab æterno. Verum enim est, quod voluntas digna non fuerit de se alligata necessariò huic determinationi; unde illa nō fuit absolute necessaria; & quod ante totam æternitatem nō præcesserit hypothesis, propter quam hæc determinatio fuerit necessaria ex suppositione, ita ut voluntas non potuerit illam non habere ab æterno, propter antecedentem hypothesis immutabilem.

<sup>24.</sup> Objetetur quintò, Deus in tempore operatur; ergo mutatur: tum quia actio est in agente, ut docet S. Thom. I. p. q. 45. a. 3. ad 1. & ex operatione temporanea prouenient Deo reales relationes, & denominations Creatoris & Domini: tum etiam quia intelligi nequit, quomodo Deus operetur in tempore vi æterni decreti, sine noua & actuali applicatione potentiarum executiarum, id est, omnipotentiæ diuinæ; quæ applicatio fieri debet per actum aliquem voluntatis. Sic ut nos nihil libere operamur per potentiam executiua, vi solius decreti præteriti, sine novo actu effici voluntatis, applicante potentiam ad operandum hic & nunc. Si autem est in Deo noua voluntas, ut mutatio ut supra ostendimus.

<sup>25.</sup> Respondeo negando consequentiam. Ad cuius primam probationem dico, actionem non esse in agente per modum formæ intrinsecæ, sive distinctæ in se, sive indistinctæ; sed esse implicititer ipsam virtutem actiua, quæ seipso immediate ponit effectum sine ullo intermedio, re vel ratione distincto: alioquin enim daretur processus in infinitum, ut alibi futuræ explicabitur. In eumque sensu intelligendus est S. Thom. loco citato, & quotquot alij cum illo recte de actione sentiunt. Denominationes vero illæ, Creatoris, Domini, & similes, sunt extrinsecæ denominations, sumptuæ ex coëxistencia creaturarum in temporali productarum à Deo, qui titulus creationis est supremus rerum omnium. Dominus, diciturque Creator, ex coëxistentia rerum quas creavit: sicut homo dicitur pater, ex coëxistentia filij, quem genuit. Relationes autem categorica, quæ à multis censentur resultare ex actione, inter agens & effectum, sunt tantum relations secundum dici, & extrinsecæ denominations, propter quas res denominata non debet dici mutari. Et quamus in creaturæ exsurgent, ut multi putant, relations huiusmodi distinctæ à fundamento & termino: non sequeretur exsurgere in Deo, qui non est in potentia ad tale quid, neque per aliud perfici potest.

<sup>26.</sup> Ad sc̄usidem probationem consequentiam Respondeo, Deum non egere nouo actu vo-

luntatis, ut applicet potentiam executiua ad operandum hic & nunc: sed sufficere decretaum æternum quo voluit, ac semper vult, hoc instanti operari. Quod decretum, cùm persevereret usque ad illud instanti, sufficiens operetur est, ut tunc potentiam applicet. Neque incredibile videri debet, sed potius vix consentaneum Dei maiestati, decretum illud diuinum semper durans aquivalere dubius actibus nostra voluntatis: quoniam uno discernimus operari in futurum: atcio voluntatis hic & nunc efficaciter, applicamusque actu potentias voluntati subiectas. Et quamvis illud decretum diuinum fuerit unum & idem ab æterno; non propterea debuit operari, seu applicare actu potentiam, ad operandum ab æterno: quia non fuit decretum de operando ab æterno, sed de operando eo tempore, vel instanti, quo Deus liberè statuit operari.

Deus non  
egere nouo  
actu volun-  
taris ut  
perseveret  
usque ad illud  
instanti, sufficiens  
operetur  
est, ut tunc  
potentiam  
applicet. Neque incre-  
dibile videri  
debet, sed potius vix  
consentaneum  
Dei maiestati,  
decretum illud  
diuinum semper  
durans aquivalere  
dubius  
actibus nostra  
voluntatis:  
quoniam uno  
discernimus  
operari in  
futurum:  
atcio voluntati  
subiectas.  
Et quamvis  
illud decretum  
diuinum  
fuerit  
unum &  
idem ab  
æterno;  
non  
propterea  
debuit  
operari,  
seu  
applicare  
actu  
potentiam,  
ad  
operandum  
ab  
æterno:  
quia  
non  
fuit  
decretum  
de  
operando  
ab  
æterno,  
sed  
de  
operando  
eo  
tempore,  
vel  
instanti,  
quo  
Deus  
liberè  
statuit  
operari.

## SECTIO III.

An, &amp; quomodo, Deus sit æternus?

<sup>27.</sup> **D** Eum æternū esse docet Scriptura Isaïæ 40. Ecclesiast. 18. 2. Machab. &c alibi s̄p. Mm. Idem expressè traditur in Lateranensi Concilio, capite Firmiter, de summa Trinitate, & in Symbolo Athanasij, Dei eternitatis. Probatus asseriturque à Sanctis Patribus & Theologis omnibus tanquam dogma fide diuinum certissimum. Patet etiam ratione naturali. Tamen quia Deus simpliciter & absolute immutabilis est, vnde sequitur ut absolute necessitate semper existat (quod est propriæ æternum esse) & neque finem, neque initium possendi habere posset: nam alioquin mutaretur vel à non esse ad esse, si inciperet esse: vel ab esse ad non esse, si finiret esse. Tum etiam quia Deus etens à se & absolute immutarium. Omnino enim recessisse est aliquid a se ens necessarium: quia impossibile est omnia esse contingentia. Si enim omnia essent contingentia, possent non esse. Ergo fieri posset ut nihil esset. Ergo & ut nihil possibile esset. Nam in eo casu in quo nihil esset, nihil quoque esse posset. Neque enim à seipso: quia quod non est, non potest esse causa productiva sui ipsius, neque ullius alterius. Non etiam ab alio: quia nihil aliud esset; siquidem supponimus nihil omnino esse.

<sup>28.</sup> Exterā vero omnia præter Deum, cùm Solus Deus est æternus, & mutabilia secundum esse, quatenus saltu possumat absolu- lute non esse, non sunt æterna strictè ac propriè, nec esse possunt: quia non possunt non esse contingentia & absolute non necessaria. Atque ita solus Deus strictè ac propriæ æternus est, iuxta illud 2. Machab. I. Domine Deus omnium creator &c. Solus præstans, solus iustus, omnipotens, & æternus. An vero creaturali sensu æternæ esse possint, dicemus pau- lo post.